

DISSERTATIO ACADEMICA  
DE  
CYROPÆDLÆ XENOPHONTIS FIDE HISTORICA.

CUJUS PARTEM PRIMAM,  
ANNUENTE AMPLISS. ORDINE PHILOSOPH. ABOËNSI,  
AD SUMMOS EJUS HONORES OBTINENDOS,

PRÆSIDE

*Mag. FREDR. WILH. PIPPING,*

*Hist. Litter. Prof. Publ. Ord. et Biblioth. Acad. Præfecto,  
Imp. Ord. de S. Wladimiro in IV:a Classe Equite,*

PUBLICO EXAMINI

In Audit. Jurid. die XXIII Junii MDCCCXXVII  
h. a. m. s.

MODESTE SUBJICIT

AUCTOR

*NICOLAUS ABRAHAMUS GTLDÉN,*  
*Wiburgensis.*

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.





Εκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων, ὅμως τοιαῦτα ἂν τις νομίζων  
μάλιστα ἢ διήλθον, οὐχ ἁμαρτάνουσι καὶ οὔτε ὡς ποιηταὶ ἐμνήσκουσι  
περὶ αὐτῶν, ἐπὶ τὸ μείζον κοσμοῦντες, μᾶλλον πιστεύον, οὔτε  
ὡς λογογράφοι ξηνέθεισαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον τῇ ἀκροασει  
ἢ ἀληθέστερον, ὄντα ἀνεξέλεγκτα, καὶ τὰ πολλὰ ἐπὶ χρόνον  
αὐτῶν ἀπίστος ἐπὶ τὸ μνθῶδες ἐκνευικρότα εἰρησθαι δὲ ἡγησά-  
μενος ἐν τῶν ἐπιφανεστάτων σημείων, ὡς παλαιὰ εἶναι, ἀποχρών-  
τως. THUCYDIDES de bell. Pelop, L. I. C. 21.

Multis magnisque cum impedita sit Scriptorum discrepantiis ac controversiis gentium hominumque tam antiquioris quam recentioris ævi historia, omnium, quorum mentionem facit, neminem forsitan inveneris, de quo plures, quam de CYRO Persarum Rege, diversæ occurrant narrationes. Præterquam enim quod in vita rebusque ejus gestis narrandis Auctores Orientales, qui nec in omnibus inter sese consentiunt, valde discrepent ab Historicis Græcis, inter hos quoque magna est dissensio. Quorum tres maxime nominandi cum sint, HERODOTUS, CTESIAS ac XENOPHON, ceteris neque omnia memoria digna narrantibus, nec illorum alicujus non vestigiis passim insistentibus, ut appareat eosdem quantum intersit, quid de Cyro memoriæ prodiderint paucis exponere liceat.

HERODOTUS e disparibus quattuor Persarum de Cyro narrationibus, auditam ex ore eorum, qui vitam resque gestas ejusdem falsa gloria exornare nolentes, probe tan-

A

tum



tum cognita tradiderunt a), secutus, litteris mandavit, Astyagem, regem Medorum, visione dormientī sibi oblata monitum, Mandanen filiam Persæ cuidam, Cambysi nomine, nuptum dedisse, quippe quem, cum familia quidem esset illustri natus, sed rerum novarum studio minime incensus, nec auctoritate vel mediocris conditionis Medis par, vix haberet, quod metueret generum. Primo vero, quo nupta erat, anno, somnio iterum perterritus Astyages, gravidam eam ad se accessivit, puerumque cum peperisset, Harpago, amico suo secretorumque participi interficiendum tradidit. Harpagus tamen, varias ob causas cum ipse interficere reformidans, Mitradati, regii pecoris pastori, ad se accessito, commisit utpote regio jussu in montium desertis morti exponendum. Huicce Mitradati uxor erat, nomine Spaco (quæ vox idem valet ac Græca *ἰβωρ*), quæ, absente marito, mortuum partu forte ediderat filium, quem mox nepotis regii loco exposuit. Sic conservatus atque educatus puer, Cyrus deinde appellatus, cum annos decem natus esset, agnitus est ab Astyage missusque ad parentes in Persidem, quæ regio tunc temporis Medorum subjecta fuit imperio. Virilem autem adeptus ætatem æqualibusque antecellens, pœnam, quam ob eum servatum Astyagi dederat crudelissimam, ulciscendi cupiditate tacita quidem sed vehementissima inflammati Harpago litteris occultis commotus, Persis ad rebellandum excitatis Astyagem aggreditur. Ad quos opprimendos missis Harpagus ipse præpositus ab Astyage, in prælium progressus, cum iis, quibuscum antea jam convenerat, ad Cyrum transit, cæterique fugam capessunt. Alterum mox ausus certamen Astyages, prælio victus capitur. Sic Persis succubuere Medi, expugnatisque Sardinibus ac Babylone, totam Asiam imperio Persarum Cyrus subiecit

---

a) HEROD. Lib. 1 Cap. 95.



subjecit. Postremo bellum inferens Massagetis, genti robustæ, trans Araxem fluvium habitanti, cujus eo tempore regina fuit Tomyris, prælio superatus occubuit, cum annos regnasset undetriginta. *b)*

CTESIA *c)* autem referente Cyrus propinquitate nulla conjunctus fuit cum Astyage, quem et Astyigan vocat, antequam Echatanis, quo Cyrum timens hic confugerat, capti ejusdem filiam Amytin uxorem duxisset. Quo facto bellum mox intulit Bactrianis, qui sponte ei se dederunt. Dein Sacas aggressus, regem eorum Amorgen cepit, quem regina Sparethra captum cum audisset, magna manu comparata cladem intulit Cyro, Parmysen vero cum multis aliis captivis, reddidit, ut maritum in libertatem vindicaret *d)*. Oppugnatis deinde Sardibus Cyrus Cræsum cepit, et tandem, bello adorsus Derbices, rege quidem Amoræo cæso, regionem eorum in suam redegit potestatem, ipse autem ex equo delapsus et ab Indo quodam vulneratus triduo post mortuus est, cum annos triginta regnasset.

Ab

---

*b)* HEROD. Lib. 1. Cap. 107—130. 191. 205 et 214.

*c)* Vide quæ ex historia CTESIÆ Persica excerpta habet PHOTIUS in *Bibliotheca*, Cod. 72. p. 108. Ed. SCHOTTI. Oliva Stephani 1611.

*d)* HUTCHINSONUS, qui Dissert. 1. præmissa primo Vol. Opp. XENOPH. ed. cura CAROLI AUG. THIEME, CTESIÆ de Cyro exponens narrationem, hunc PHOTII locum citans, Sparethram Cyrum ipsum vivum cepisse dicit; omnino perperam. Verba enim PHOTII sunt: ἀνδρῶν μὲν στρατεύμα, τριάκοντα μυριάδας ἐπαγομένη, γυναικῶν δὲ εἴκοσι, καὶ νικᾷ Κύρον, καὶ συλλαμβάνει ζωορίαν μὲν καὶ ἄλλων πλείστον, Παρμίσην τὲ τὸν Διμῆντιος ἀδελφόν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖδας.



Ab Historicis hisce, Cyri ortum, res gestas mortemque narrans in libro, qui *Κύρου παιδεία* inscribitur, longe discrepat XENOPHON. Præter sexcenta enim alia, quæ brevitatis gratia prætereunda sunt, Cambysem, Cyri patrem, regem tradit fuisse Persarum atque Astyagi filium Cyaxarem in imperio Medorum successisse, cui auxilia contra regem Assyrium ferentem Cyrum, bella sua orsum fuisse, hisque ad finem perductis, filiam Cyaxaris, et cum ea dotis loco totam Mediam accepisse, ac deinde, cum ætate jam longe proventus, septima ex quo imperium obtinuerat vice ad Persas venisset, tranquillam obiisse mortem e).

Cum igitur in iis quoque, maximi in Cyri historia quæ sunt momenti, tantum ab HERODOTO et CTESIA abhorreat XENOPHON, operæ pretium visum est mihi, specimen edituro Academicum, in disquisitionem, qualem vires concedant juveniles, *fidem Cyropædiæ XENOPHONTIS historicam* vocare. Multos magnique nominis viros, suas in eadem re expendenda jamdudum exercuisse vires, vehementissimeque in utramque partem inter eruditissimos esse pugnatum, me haud fugit. Fidem enim XENOPHONTIS infirmare, quantum recentioris ævi scriptores attinet, conati sunt inprimis: JOH. LUDOV. VIVES f), JOS. JUST. SCALIGER g), SETHUS CALVISIUS h), GERARDUS JO-

AN-

---

e) *Cyrop.* 1. 2. 1, 5. 2, 5, 8. 5. 19, 28, 7. 1, 28.

f) *De tradendis disciplinis.* Vide WEISKE, *disput. de natura et usu disciplinæ Cyri*, præfixa ejus edit. *Cyropædiæ* p. 88.

g) In prolegg. libri *de emendat. temp.* p. 51 et 52. Ed. Genevæ 1629, et in *Animadu. ad EUSEBIUM.* Vide HUTCHINSONI op. c. p. 22.

h) *Isag. Chronol.* c. 26. 5. Vide HUTCHINSON p. 22.



ANNES VOSSIUS *i*), DIONYSIUS PETAVIUS *k*), FRANC. DE LA MOTHE LE VAYER *l*), CLAUD. FRANC. FRAGUIER *m*), ALPH. DES VIGNOLES *n*), NIC. FRERET *o*), HENR. AUG. ZEI-

- 
- i*) *De Historicis Græcis* Lib. 1. Cap. V.
- k*) *De doctrina temp.* Lib. X. Cap. IX.
- l*) *Oeuvres* T. I. p. 288. Edit. in fol. Vide ARTIGNY *nouveaux Memoires d'Histoire, de Critique et de Litterature* p. 181.
- m*) *Dissertation sur la Cyropédie de Xenophon* in *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. II.* p. 45—63.
- n*) *Chron. de l'Hist. Sainte* T. II. p. 529 &c. et *Bibl. Germ.* T. III. p. 125. et T. XXXIII. p. 104. Vide ARTIGNY p. 182 183 et BAR. DE SAINTE-CROIX, *Nouvelles Observations sur la Cyropédie* in *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. XLVI.* p. 400.
- o*) Huncce FRERETUM iis, qui fidem Xenophontis historicam tueri conantur, adnumerant FUHRMANN (*Handbuch der Classischen Litteratur*, zweiten Bandes zweite Abtheilung. p. 190), ZEUNE (in nota ad FABRICII *Bibl. Græc.* ed. HARLES. Hamburgi 1793. Vol. III. p. 4) et HARLES (*Introduct. in hist. ling. Græcæ.* Altenburgi 1792. T. prior p. 575); sed falso. Vide enim ejus *Observations sur la Cyropédie de XENOPHON, principalement par Rapport à la Géographie* in *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. IV.* p. 588—612. et T. VII. ubi p. 448. ait: *Je crois avoir montré dans les six Observations précédentes, que ce jugement ne doit pas tomber sur le détail géographique des nations et des provinces, dont parle XENOPHON: j'ai fait voir, qu'il ne contient rien que de véritable; mais je suis très-éloigné de rien entreprendre de pareil au sujet du tissu historique de la Cyropédie. Je trouve dans ce tissu trois choses qui m'obligent à le rejeter absolument, &c. et paullo infra: C'est par cette règle, qu'après l'avoir défendu quant à la géographie, je me crois obligé de l'abandonner sur le reste; c'est une suite des mêmes principes, et, si dans ces dissertations imprimées, on trouvoit quelques ex-*



ZEIBICHIUS p), LEUTWEIN q), JOH. CAR. ZEUNE r),  
 CHRPH. MEINERS s), EM. WILH. JOS. DE CLERMONT  
 BAR. DE SAINTE-CROIX t), JAC. BADEN u), JOH. TOB.  
 DAMM v) et BENJ. WEISKE x). Pro ea autem pugnant:  
 JAC. USSERIUS y), JOH. MARSHAM z), JOH. CLERICUS a),  
 LUD.

*pressions, qui parussent supposer la vérité historique de la  
 Cyropédie, ce que je ne crois pourtant pas, je declare que  
 je ne les entends que relativement aux parties de cet ouvrage,  
 dont j'ay entrepris formellement la defense.*

- p) In *animadu. priori in locum XENOPHONTIS L. I. de Cyrop*  
 p. 22. ed. LEUNCL. (*Miscell. Lips. Nov. Vol. VIII. Part. I*  
 p. 50—80) nec non in ejusdem *Observ. de Cyaxare postrema,*  
 in iisdem *Miscell. Lips. Nov. Vol. IX. Part. II. a p. 268—*  
 297. Vide CHRISTOPH. SAXI *Onomasticon Litter. Trajecti ad*  
*Rhenum 1775. P. I. p. 58.*
- q) In *prolusione de paedetica Xenophontis. Halis Suevorum*  
 1779. Vide FUHRMANN et HARLES II. cc.
- r) In *praefatione ad suam edit. Cyropædiæ et in notis passim.*
- s) *Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der*  
*Wissenschaften in Griechenland und Rom. Zweiter Band.*  
 Lemgo 1782 p. 654.
- t) *Observ. supra cit. p. 399—415.*
- u) In *Opusculis latinis. Hauniæ 1793 nr. 2. sive in prolusione*  
*inscripta: Ingenium et ars Cyropædiæ, et nr. 14. de Cyro*  
*Xenophontis. Vide FUHRMANN p. 189. et HARLES in supplemen-*  
*tis ad Introducſt. in hist. ling. Græcæ. T. I. p. 185.*
- v) *Observationum ejus varii generis, exemplo opp. XENOPH.*  
*Lipsiensi, adscriptarum, magnam partem germanice versam*  
*publicavit anonymus in BIESTERI Berlin. Monatsschrift, a.*  
*1796. m. Jan. pag. 69. sq. Vide HARLES Suppl. I. c.*
- x) In *disputatione supra cit.*
- y) *Annales V. T. Lond. 1650. Vide HUTCHINSON p. 23 et SAINTE-*  
*CROIX p. 599.*
- z) *Canon Chron. 1672. p. 204 ad 209 et 221, 222. Vide Acta*  
*Erudit. Lips. 1723. p. 271 et ARTIGNY p. 180.*
- a) Vide ARTIGNY I. c.



LUDV. ELL. DUPIN *b*), AUG. CALMET *c*), TOURNEMINE *d*), JAC. BEN. BOSSUET *e*), HUMPHR. PRIDEAUX *f*), HERM. VON DER HARDT *g*), ANT. BANIER *h*), THOM. HUTCHINSON *i*), PETR. WESSELING *k*), LEON. OFFERHAUS *l*) et CAR. ROLLIN *m*). In tanta igitur Criticorum turba nondum tentati quid invenire, licet vires meas superet, neque acta egisse, neque Hellenicam mecum lustrantibus antiquitatem nihil consulis tamen mihi videbor si, enucleatis diligenterque perpensis aliorum rationibus, quibus fidem XENOPHONTIS vel infrin-

- 
- b*) *Biblioth. Univ.* Vide HUTCHINS. p. 25.  
*c*) *Comment. littér. sur tous les livres du V. et du N. T.* Paris 1707. vide ARTIGNY, l. c.  
*d*) Vide ARTIGNY p. 190.  
*e*) *Discours sur l'Histoire Universelle.* Paris 1681. p. 47. Vide ARTIGNY p. 185.  
*f*) *Hist. V. T. T. I.* p. 159 sq. versionis Germanicæ. Vide HEUMANNI *Pœcile.* T. II. L. I. p. 5. et T. I. p. 196 sq. versionis Gallicæ. Vide ARTIGNY p. 184.  
*g*) *Memoria Ximenii 1717* edita p. 5—16. Vid. HABLES in *Nota ad FABRICII Bibl. Græc.* l. c. et HEUMANNI *Conspæctus Reipublicæ Litterariæ.* Ed. quarta. Hanoveræ 1755. p. 142.  
*h*) *Reflexions sur la Cyropédie de Xenophon et sur l'Histoire de Cyrus* in *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T.* VI. p. 400—425.  
*i*) In *dissertatione prima.* præmissa ejus ed. *Cyropædiæ* 1727 et *Cyropædiæ* ed. cura THIEME.  
*k*) Ad *Simson Chron.* A. M. 5447 ed. 1729. Vide SAXI *Onomasticon* l. c.  
*l*) *Spicileg. Historico Chronolog.* Groningæ 1739. 4. c. V. p. 228 seq. Vide SAXI *Onomasticon* l. c.  
*m*) *De la maniere d'enseigner et d'étudier les belles-lettres.* T. III. à Leyde 1759. p. 212. seq.



infringere vel tutari studuerint, in quorum partibus tuto stetur rite dijudicare planeque demonstrare valuerō.

Rationes, quibus maxime impugnatam novimus fidem XENOPHONTIS historicam sunt:

- α) Non solum ab HERODOTO et CTESIA valde discrepare XENOPHONTEM, sed ceteros quoque historicos antiquos illorum alterutrum præoptasse sibi ducem η).
- β) Cyropædiam ut fictam nec ad historiæ fidem conscriptam habitam esse a PLATONE, (sic enim locum ο), ubi de Cyro

---

η) SCALIGER l. c. *Neque tam stultus fuit XENOPHON, ut crederet se Græcis hæc persuadere posse. Præsto enim illi scriptis suis pudorem impossuissent CASTOR RHEGINUS, qui sub Cambyse scripsit: HERODOTUS, qui tempore Xerxis et Artaxerxis Longimani floruit: CTESIAS, qui in aula Artaxerxis Memoris consenuit. PETAVIUS, l. c. Nam de Cyro deque Persarum exordio valde alioquin absona, et a communi opinione abhorrentia prodidit; quæ historico post se nemini persuasit; - - - Mitto alia sexcenta, in quibus non solum ab Herodoto et Ctesia, sed ab omnibus historicis discrepat.*

ο) PLATO *de Legibus* Lib. III. Vol. VIII. p. 142. Ed. Bipontina. *Μαντεύομαι δὴ νῦν περὶ γε Κύρου, τὰ μὲν ἄλλ' αὐτὸν στρατηγὸν τε ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολι, παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἴφθαι τοπαράπαν οἰκονομίᾳ τε οὐδὲν τὸν νοῦν προσεσχίμενα. - - "Ἔοικεν ἐν νέου στρατεύεσθαι διὰ βίου, ταῖς γυναιξὶ παραδοὺς τοὺς παῖδας τρέφειν. αἱ δὲ, ὡς εὐδαίμονας αὐτοὺς ἐκ τῶν παίδων εὐθὺς καὶ μακαρίους γεγονότας, καὶ ἐπιδεεῖς ὄντας τούτων οὐδενός, ἔτρεφον κωλύουσαι δὲ ὡς οὖσιν ἰκανῶς εὐδαίμοσι, μήτε αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι μηδένα εἰς μηδὲν, ἐπαὶ νεῖν τε ἀναγκάζουσαι πάντας τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον ὑπ' αὐτῶν, ἔθρεψαν τοιοῦτους τινάς. - -*



Cyro loquitur, interpretati sunt AULUS GELLIUS p), DIOGENES LAËRTIUS q), atque ATHENÆUS r), CICERONE s), DIONYSIO

Ὁ δὲ πατὴρ γε αὐτοῖς αἰ ποίμνια μὲν καὶ πρόβατα καὶ ἀγέλας ἀνδρῶν τε καὶ ἄλλων πολλῶν πολλὰς ἐκτάτο· αὐτοὺς δὲ οἷς ταῦτα παραδῶσεν ἔμελλεν, ἡγνόει τὴν πατρίαν οὐ παιδευομένους τέχνην.

p) *Noctes Atticæ* Lib. 14. Cap. 5. *Id etiam esse non synceræ neque amicæ voluntatis indicium crediderunt, quod XENOPHON inclyto illi operi PLATONIS, quod de optimo statu Reipublicæ civitatisque administrandæ scriptum est, lectis ex eo duobus fere libris, qui primi in vulgus exierant, opposuit contra, conscripsitque diversum regis administrationis genus, quod παιδείας Κύρου inscriptum est. Eo factō scriptoque ejus, usque adeo permotum esse PLATONEM ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri regis habita, retrahendi levandique ejus operis gratia, virum quidem Cyrum navum et strenuum fuisse dixerit, παιδείας δ' οὐκ ὀρθῶς ἤρθαι τοπάραιαν. Hæc enim verba sunt de Cyro PLATONIS.*

q) In *Vita PLATONIS*: καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων πλάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτοῦ (sc. Ξενοφῶντος) μὴ γὰρ εἶναι Κύρον τοιοῦτον.

r) *Deipnosoph.* XI. 5. Ubi de similitate, quam inter se exercebant PLATO et XENOPHON loquitur, dicens: *Περὶ τοῦ Κύρου ὁ μὲν λέγει, ὡς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπαιδεύοντο πάντα τὰ πάτριω ὁ δὲ Πλάτων, ὥσπερ ἐναντιούμενος, ἐν τρίτῳ Νόμῳ φησὶ. Μαντεύομαι δὲ περὶ Κ. - - γυναιξὶ τρέφειν.*

s) In *Ep. ad. Q. Fr.* Lib. I. ep. 1. §. 8. *Cyrus ille a XENOPHONTE non ad historiciæ fidem scriptus, sed ad effigiem justī imperii: cujus summa gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate conjungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum est enim prætermissum in iis officium diligentis et moderati imperii.*



NYSIO HALICARNASSEO *t*), HERMOGENE *u*) et AUSONIO *v*).

Quibus duobus argumentis nisi sunt omnes, qui ante FRAGUIERUM fidem XENOPHONTIS in dubium vocarunt *x*).

- γ*) Cyropædiam infinita præceptorum sapientissimorum re-  
fertam esse multitudine, quibus tantum proponendis il-  
lustrandisque historica inserviant, quæ ibidem occur-  
runt. Hoc argumentum primus protulit FRAGUIER *γ*);  
et

*t*) In *Epist. ad Pomp.* laudat Κύρου παιδείαν, εἰκόνα βασι-  
λέως ἀγαθοῦ καὶ εὐδαίμονος.

*u*) Hic nonnulla jucunde ficta esse agnoscit, et præter alia dicit  
(Περὶ τῆς τοῦ Ξενοφῶντος ἰδέας): τὸ μέντοι περὶ τὸν  
Ἀβραδάτην καὶ τὴν Πάνθειαν πᾶν ἦθος τε καὶ πάθος πολ-  
λὰς ἔχει τὰς ἡδονὰς, μυθικῶς πλασθέν.

*v*) *Paneg. ad Grat.* - *Vellem*, inquit, *si rerum natura pate-*  
*retur*, XENOPHON Attice, *in ævum nostrum venires, tu, qui*  
*ad Cyri virtutes exsequendas, votum potius quam historiam*  
*commodasti, cum diceres, non qualis esset, sed qualis esse*  
*deberet. Si nunc in tempora ista procederes, in nostro Gra-*  
*tiano cerneres, quod in Cyro tuo non videras, sed optabas.*

*x*) Vide FRERET in *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T.*  
*IV. p. 558. Il me semble, qu'en general ceux qui traitent*  
*XENOPHON d'écrivain fabuleux, et qui regardent son histoire*  
*de Cyrus comme un Roman, se fondent sur le contrariété*  
*qui se trouve entre HERODOTE et cet Ecrivain, sur le jugé-*  
*ment que CICERON porte de la Cyropédie, et sur un passage*  
*de PLATON qui semble contraire à ce meme ouvrage.*

*γ*) In *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. II. p. 48. La*  
*Cyropédie contient deux choses: la vie de Cyrus depuis sa*  
*naissance jusqu'à sa mort, et par occasion elle contient aus-*  
*si un nombre infini d'enseignements tres-sages tant pour la*



et magni fecere MEINERS z) atque BAR. DE SAINTE-CROIX. a).

δ) Chronologiam in Cyropædia valde confusam atque omnino violatam esse.

ε)

guerre, que pour la paix, tant pour ceux qui doivent commander aux autres, que pour ceux qui doivent obeir. Premièrement, tout ce qu'on trouve de Morale dans la Cyropédie, n'est autre chose, que la doctrine de Socrate, dont XENOPHON avoit esté disciple. Secondement, ce qu'il y a de historique n'y sert que d'occasion d'etaler de la Morale. P. 50 ait: car si d'un costé on y voit une singularité telle que je l'ai fait remarquer, à decrire les actions de Cyrus avec leurs circonstances, et que d'un autre costé on y retrouve une morale qui n'a pris naissance qu'avec Socrate, on sera, ce me semble, bien fondé à regarder la Cyropédie comme un Roman de Vertu. Et p. 61: je me flatte qu'on aura de la peine à n'estre pas etonné que personne jusqu'à present n'ait examiné de cette maniere la Cyropédie.

z) MEINERS l. c. Quanti ille argumentum hocce faciat, optime ex ipsius verbis intelligi potest; ait enim: *Wenn die Thaten und Begebenheiten, die XENOPHON von Cyrus erzählt, auch nicht den Nachrichten aller übrigen Geschichtschreiber widersprächen, und wenn auch nicht mehrere der grössten Schriftsteller versicherten, dass XENOPHON den Inhalt seines Werks nicht aus Urkunden und Überlieferungen geschöpft, sondern dass er das Ideal eines Vollkommenen Regenten habe entwerfen wollen; so würde allein das untadelhafte Betragen des Kyrus von seiner ersten Kindheit an bis an sein letztes Alter, und die Übereinstimmung seiner Reden, Grundsätze und Handlungen mit den Vorschriften des Socrates mich auf das festeste überzeugen, dass der Kyrus des XENOPHON nicht der erste Beherrscher eines rohen ungebildeten Volks, und der Eroberer von Asien, sondern ein Sohn der Einbildungskraft des Schriftstellers, und nach Socratischen Mustern zusammengesetzt worden sey.*

a) In Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T. XLVI. p. 401.



- ε) Cyri contra Astyagem bellum, quod exploratum satis omni caret dubio, XENOPHONTEM siluisse.
- ζ) Cyaxarem, filium Astyagis Cyrique avunculum finxisse XENOPHONTEM, imperio eidem inter Astyagem et Cyrum concesso, licet hic illi immediate successerit.

Hisce tribus argumentis in primis nixus FRERET, veritatem eorum multis verbis ostendere conatur b).

- η) Universam narrationis formam in Cyropædia diversam esse tam a cæterorum historicorum, quam ab ipsius XENOPHONTIS consuetudine, quæ in Anabasi et Historia Græcorum obtinet. Cui argumento, quo ZEUNTIUS c) in primis commovetur, minus tamen esse tribuendum, censet WEISKE, cum, ut ipse ait d), et compositionis cura major sit in expeditione Cyri, quam in historia Græcorum, et ea quidem ratione, ut hæc ad illam fere se habeat, sicut illa ad Cyri disciplinam quæ majori etiam studio exornata et polita reperitur.
- θ) Geographiam ab Auctore Cyropædiæ omnino neglectam esse ac perversam. Hoc argumento usus BAR. DE SAINTE CROIX, errores in Cyropædia Geographicos ostendere studet e).

i)

---

b) In *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T.* VII.

c) In *præf.* ad suam ed. *Cyropædiæ.*

d) In *Disputatione de Natura et usu Disciplinæ Cyri* p. 93.

e) Vid. *Mem. de l'Acad. des Inscr. et B. L. T.* XLVI. p. 599. seq. P. 402 ait. *Il paroît que XENOPHON auroit dû, pour deguiser son roman, s'attacher à l'exacritude géographique, au contraire, il l'a négligée; peut-être afin que ses lecteurs s'a-perçussent mieux de la fiction. Sans cela, comme seroit-il*